



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 113. Dissidium Episcopi Basileensis cum Bernensibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

Figs. XVII.  
A.C. 1706.

## §. CXIII.

*Diffidium Episcopi Basileensis cum  
Bernensibus.*

Mittler Der. Obeunte Guilielmo Jacobo Rinck de Baldenstein Basileensi Episcopo ejus Successor Joannes Conradus de Rheynach Imperii Romani Princeps ac Catholicis Helvetis sedere junctu a suis subditis præcipue vero Vallensium Monasteriensis (\*) incolis fidei Sacramentum exsolvi petiit: Id vero Vallensium nomine Praetor (\*\*) præsente universo populo præstvit, adiecta tamen haec conditione: *salvo jure civitatis, Vallenses cum Bernensibus utpote gratia eorum protectoriibus concident.* Hoc enim Ius Bernentes sibi Vendicant, ex controversia anno Christi millesimo quod singenteimo octogesimo quinto ibidem exorta; cum enim Vallense Capitulum quemdam eligerent Praepositum uniusque Papa, alium vero Basileensis Episcopus confirmaret, ac nullus alter predica vellet, Pontifex Bernensibus iunxit, ut Praepositum a Capitulo eundem in possessione firmarent, hanc igitur occasione Bernentes Vallem No-

Münsterthal.

(\*) Hunc Germano nomine vocant Regulus, et Bernenses.

nasteriensem occuparunt: Hujus con- Sæc. XVII.  
 troversiæ mediatorem egit Baileensis A.C. 1706.  
 Præpositus, qui Episcopum compulit,  
 ut Bernensibus belli expensas compen-  
 saret, eisque Vallem Monasterensem ce-  
 deret: Episcopi tamen precibus postea  
 datum, ut duntaxat tria florenorum  
 millia Bernensibus numeraret, & hanc  
 Vallem quidem retinere posset, salvo  
 tamen civitatis jure, quod Bernenses  
 cum Vallensibus habent. Eapropter  
 quotiescumque Episcopus a Vallensibus  
 fidelitatis Sacramentum exceperat, to-  
 ties Prætor a plebe electus nomine po-  
 puli Episcopo jurabat, se ei fidem opem-  
 que præstiturum, vicissim vero Vallen-  
 sium libertatem, jura & antiqua privi-  
 legia pro viribus propugnaturum: Eo-  
 dem tenore idem Prætor hoc quoque  
 anno juramentum exsolvit, quem non  
 sine stomacho excipiens Episcopus, ab  
 eo sciscitabatur, an id suo nomine vel  
 aliorum jussu fecisset, eo autem re-  
 spondente, se sui juramenti religione  
 adactum hanc restrictionem addidisse,  
 Episcopus hæc reponens, *præter nos*  
*nullus alias uester est Protector ac Dominus*,  
 juramentum sine hac reservatione præ-  
 stari subditis præcepit, ac Prætorem  
 Brundusiam captum abduci, suoque  
 officio exutum, pecuniaria multa ca-  
 stigari, cunctosque Bernenses Ministros

Ee 4 in

Sæc. XVII. in suo territorio custodiæ dari iulij  
A.C. 1706. Cum autem Prætor apud Bernenses de  
illata injuria quereretur, hi primo per  
Legatos rem componere coqati, tan  
dem etiam adhibita armorum vi eu  
dem omnibus suis officiis restituerunt  
ac concives suos ad homagium ju  
civitatis Bernensibus præstandum al  
egere, graviora Episcopo, ni desili  
ret, interminantibus. Igitur Episcopu  
læsam jurisdictionem suam vindicatu  
rus, vimque vi repellere coactus Ca  
tholicos Suitienses, Underwaldos, &  
Tuginos, ut e suo Episcopatu Bernenses  
expellere posset, in opem vocavit  
mox vero Tigurini Calvinistæ sub con  
sueto suæ sectæ tuendæ obtentu decen  
equitum centurias, & sex pediton  
millia Bernensibus puppetias submisere.  
Tum vero res ad apertum bellum fr  
etare videbatur: tempestive autem ne  
bito Nidaviæ conventu die vigesima  
prima Aprilis hæc controversia ita con  
posita est, ut tam Episcopus, quam  
Bernenses in sua quisque jurisdictione  
permanerent: Cessit quidem Episcopus  
interposita tamen protestatione suum  
jus salvum esse voluit, cumque Ber  
nenses pro belli expensis septuaginta  
Imperialium millia sibi refundi auda  
terent, repulsam passi sunt, Episcopo  
tamen intimatum, eum ad numerandas  
haic

hasce pecunias obstrictum iri, si quan- **Sæc. XVII.**  
docunque contra inita pacta Bernen- **A.C. 1706.**  
sium jurisdictionem in Vallem Monaste-  
riensem violaturus esset.

§. CXIV.

*Continuatio belli ob controversam Hispaniae Monarchiam.*

Initia hujus anni in Italia Gallis fuere *Wagner*  
admodum secunda, finis vero op- *vita Jos. I.*  
pido funestus; quamvis enim Josephus *Imper.*  
*Imperator geminos exercitus, eosque* *Kettel. l. c.*  
*validos comparasset, ut alter in Pede-* *pag. 325.*  
*montio bellum sustineret, alter in Lon-* *Calmet Hist.*  
*gobardia illud strenue prosequeretur, pag. 196.*  
Vendomius tamen viribus superior Cæ-  
fareis ad Calcinatum cæsis, atque oc-  
cupata Mutinensi ditione die sexta Ja-  
nuarii Nizzam urbem intercepit, cun-  
ctasque (excepta Susa) munitiones  
in Pedemontio diruit: Athesis tamen  
transitum Eugenio Principi cum novis  
militum supplementis accurrenti pro-  
hibere, incassum adlaboravit. Hic e-  
nim levioribus primum, iisque secun-  
dis præliis nuperam cladem ultus,  
Athesin Padumque trajecit, ac Augu-  
stam Taurinorum, quam Urbem Fevil-  
lardus Franciæ Marescallus capta jam  
arce, arctius iucluserat, obsidione li-  
beravit; intercepto enim per Viscon-

## Ee 5              tium